



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

139. An peccata dubia confessa ut dubia, si effiantur certa, sint iterum
confitenda? Et an peccata dubia sint in confessione aperienda? Ex p. 10.
tract. 16. & Misc. 6. res. 79.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

De Sacram. Pœnit. Resol. CXXXIX. 183

novissimè ex eadem Societate Martinum Bresserum
hoc su-de Conscientia, lib. 4. c. 18. n. 197. ubi sic ait: Obser-
va exprimendas esse circumstantias peccati dubij:
§. Ad quare dubius an feminam concupiverit, debet ex-
cercitandum plicare suum, illiusque statum; quia id necessarium
est, ut Confessarius cognoscat gravitatem peccati,
& statum conscientia penitentis. Similiter dubi-
tans, an aliquod in genere peccatum mortale ad-
misserit, eti immemor speciei, tenetur illud confite-
ri. Addit Sanchez, si postea speciei meminerit, te-
neri, & illam confiteri, quemadmodum qui pecca-
tum confessus est ut dubium, debet iterum confite-
ri ut certum, si postea certus fiat se id fecisse. Ve-
rum eti hoc sit multò tutius & probabilius, con-
trarium videtur improbabile, tum de specie, tum
presertim de certitudine. Hæc Bresser. Sed tu co-
gita, maximè quando esset confitenda species pec-
cati, nam esse necessariò postea confitendam docet
Propositus in 3.p. D.Thom. q.5. de integratâ Con-
fessione, dub. 5. n. 126. & peccatum confessum ut
dubium debere iterum ut certum confiteri, ego do-
cui in 3.p. tract. 4. resol. 91.

RESOL. CXXXIX.

An peccata dubia confessantur dubia, si efficiantur cer-
ta, sint iterum confitenda?
Et an peccata dubia sint in confessione aperienda?
Exp. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 79.

In hoc in §. 1. DE hoc casu his diebus interrogatus fui
deus pre-
dictus ex Germania à quadam
Theologo, qui pro negativa sententia adducebat
id & in
Card. de Lugo, & Joannem Caramuelum, & po-
ter etiam adducere Leandrum de Sacram. tom. 1.
lib. 134.
tract. 1. disp. 5. quas. 27. & Martinum de San. Jo-
seph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Pe-
ccatis pro-
fessis, ubi me citato, sic ait: Anado que despues
de cuñi in
que el penitente confessò enduda el peccado, que
ha. n. 5
dudo avia cometido, aunque despues se acuerde
a Ref. 40. con certidumbre que le cometio, es muy probable
q. Ad
sentencia, que no tiene obligacion, a bolverle a
confessar. Deven atlentir a esta opinion los Docto-
res, que llevan que aviendolo confessado de doce
pecados, añadiendo la particula, poco mas o meno-
nos, despues se accordó el penitente de dos pecca-
dos mas, no tiene obligacion a confessarlos, pues
corre la misma razon en el un caso, que en el otro,
veale el n. 4. de este mismo tratado. La razon de lo
dicho es, que aunque confessò el penitente el
peccado en duda, le absolvieron directamente
del. He comunicado esto con hombres doctos,
que sienten lo mismo. Ita ille. Qui ad novissi-
me nominatum contra me Marcum Vidalem, in
Arca Theol. moral. tit. de penit. Sacrament. In-
quis. 5. num. 33. & seqq.

2. Sed his non obstantibus communiter contra-
rium assertur DD. ut novissimè nominatum con-
tra Lugum Joannes Martinon in Theolog. Scholast.
tom. 5. disp. 50. sect. 8. n. 93. quia, ait ille, peccatum
illud incertum, quando postea fatur ut certum. no-
tabiliter variat judicium Confessarij, & transfert
illud de materia non necessaria. Sacramenti in ma-
teriam necessariam. Et quemadmodum si dubitaf-
set, esse mortale, an veniale, posteaque depre-
henderet esse mortale, teneretur de illo, tanquam de
mortali, tunc confiteri, &c. Par enim est ratio
utriusque. Sicut enim differentia mortalis & venia-
lis, est moraliter specifica, ita & differentia morta-
lis certi, & dubii. Alias rationes videbis apud DD.
me alibi adductos; & nota, quod Cardinalis Lu-

go conatur firmare multis argumentis negativam
sententiam, sed non audet ei adhærere.

3. Restat modò respondere ad ejus argumenta,
qua etiam adducit Vidalis, & Martinus de San Jo-
seph, & primò, quia qui confessus est, v. g. decies
ciceriter, seu plus, minùs pejerasse, si potea me-
minit certo, le pejerassò duodecies, non tenetur de
duobus illis perjurii confiteri: sed censetur illa
in precedenti confessione sufficienter explicasse,
quamvis sub dubio tantum ea proposuerit. Res-
pondeo, majorem requiri exactiōnē in explican-
da substantia peccati, quam in numero: sufficeré
que numerum ciceriter declarari, quantum occurrit
post sufficientem diligentiam, ut communī usū re-
ceptum est, ex quo magis, quam ex principiis me-
taphysicis de confessionis integratè judican-
dum est. Quòd pertinet id quod ait idem Cardina-
lis n. 88. differentiam esse inter speciem peccati,
& numerum, quoad necessitatem explicandi, &
determinandi in confessione. Nam ferd omnes
dicunt eum, qui confitetur, se ter, vel quater for-
nicatum esse, non teneri postea ad confitendam
quartam fornicationem, quamvis certo illius re-
cordetur. At verd si penitens dicat, se certum es-
se de consensu mortali contra castitatem, non tam
recordari, an circa solitam, vel conjugatam: omnes dicunt debere postea explicare deter-
minate speciem, si potea recordetur fuisse conju-
gatam, leque id avertire. Nimurum quia spe-
cies peccati debet explicari determinate, multo
magis q. am numerus peccatorum. Atqui, differen-
tia inter peccatum mortale dubium, & certum, est
moraliter specifica in ordine ad confessionem, &
ad iudicium ferendum, in foro penitentie. Ergo
debet magis determinate explicari, quam numerus
peccatorum.

4. Ad secundum, quod qui obtinet dispensa-
tionem à censura, vel a voto proposito ut dubio;
non tenetur iterum petere, licet postea certo de
illis constet. Respondeo, negando paritatem: nam
instituto Sacramenti Pœnitentiae obligat ad defe-
renda Sacerdotibus omnia mortalia eo modo, quo
possint rectè senire de eorum gravitate; quod
non facit, qui peccatum mortale certum confite-
tur ut dubium. At potestas tollendi censuras, qua
tota pender ab institutione Ecclesie, non hoc po-
stat: neque potestas dispensandi in voto ex cau-
sa rationabili, sufficiente ad relaxandum votum,
sive dubium, sive etiam certum sit. Quod addo,
quia aliqui non puto fore validam dispensatio-
nem voti certi.

5. Ad tertium, quia talis fuit directè absolutus
à suo peccato, quamvis proposito tantum ut du-
bio. Ergo non tenetur illud iterum confiteri, ac-
cedente cognitione certa: quia cognitione tantum puri-
ficat, aut notificat conditionem, sub qua fuit remi-
ssum per absolutionem. Respondeo, peccatum
illud, sive quidem directè remissum: sed quia non
fuit satis explicatum in precedenti confessione,
manet obligatio explicandi illud ut certum.

6. Et hæc omnia docet Martinon ubi supr. con-
tra Lugum, & alios; qui tamen num. 91. fine illa
formidine sustinet, peccata dubia non esse in con-
fessione aperienda. Verum hanc sententiam Mar-
tinon, tanquam adversantem communī opinioni
Doctorum, & communī praxi totius Ecclesie, ali-
bi omnino rejiciendam esse probavi. Et pricipue Quæ hic fa-
in hac part. 10. tr. 12. resol. 2. Unde malè novissi-
mè probabilem illam putat Bossius in Moral. tom. 1. & in aliis
part. 2. tit. 1. §. 48. num. 1754. si loquutus est de eius prima
not.

Tom. I.

RESOL.